M0011193: Tabula of veins (lower half), by Vesalius

Publication/Creation

November 1949

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/kqrpk8gu

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

p Cauæ in iugulo bipartitio, ac utrinque ad pl.atera exortus ap
parent uenarum pectoris oßi propriarum, ac ad umbilici uſ-
*. que regionem excurrentium. Harum altera ſimul cum coniu
q. ge ſibi arteria * inſignita, in uno latere q notatur.
r Venæ ſuperior aliquot coſtarum interualla adeuntis initium.
ſ.ſ Vena per tranſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus caluariam petens, atque in ſecundum du
t,t u,u. ræ membranæ ſinum ſimul cum coniuge arteria abſumpta. Notatur enim primus ſinus t,
x,x.y. t. ſecundus u, u. tertius x, x. quarti initium y.
z Axillam petens uena, quæ in ſiniſtro latere humerariam α indicatam promit. In dextro au-
α. tem latere illius initiũ hic ab externa pendet iugulari.
β,γ Hic abtrũcatæ propagines illæ ſunt, quæ ab axillam petente uena in thoracis anteriora, poſte
riora & latera digeruntur.
δ Interior iugularis.
ε Interioris iugularis in duas uenas diſtributio, quarum altera ſecundum duræ membranæ pe-
ti.. ſinum, altera in latus ſi... ..um duræ membranæ excurrit.
ζ Exterior iugularis.
η Exterioris iugularis ad fauces diſtributio. θ ipſius pars poſt aures ad occipitium excurrens
θ,ι. notatur, ι ad tempus & uerticem, κ ad faciem & frontem, λ ad ſecundum duræ membra-
κ. λ næ ſinum. μ uerò duo ipſius rami indicantur, quorum alter per octauum capitis os caluariam pe
μ. tit, alter per ſecundi paris neruorum cerebri foramen.
ν Aliquot ſubſequentes characteres in dextro ponuntur latere, ſoporalis arteriæ ſeriem indi-
cantes. Atque hic ν arteriæ portionem indicat caluariam petentem, poſtquam ramum à ſe
diffudit, cum externa iugulari ad faciem, & ad tempus, & poſt aurem digeſtum.
ξ Soporalis ramus primum duræ membranæ petens ſinum.
ο Præcipua ſoporalis portio per priuatum foramen caluariam petens.
π Verſus narium amplitudinem exporrectus ramus.
ρ Ramus in dextrum latus duræ membranæ excurrens.
σ,τ Rami ſoporalis præcipui, qui plexum reticularem efformare perperam creduntur.
υ Ramus oculos petens.
φ Ramus tenuem adiens membranam cerebri baſi obuolutam.
χ Plexus, quem extimo fœtus inuolucro comparamus.
ψ Sexti paris neruorum cerebri dexter neruus, illic abſciſſus quà ſecundùm laryngis latus de-
orſum fertur.
ω,ω Dexter recurrens neruus.
1 Sexti paris neruorum cerebri truncus ſiniſter.
2,2 Recurrens neruus ſiniſter.
3 Neruulus cordis baſim accedens.
4 Poſteriora ceruicis & occipitium adiens uena.
5 Scapulæ poſteriora petens uena. Verùm & ſi poſthac arteriam priuatim non inſigniamus,
promptè ex delineatione liquet, cui nam uenæ arteria exporrigatur.
6 Ad cutem quà ſummus humerus integitur.
7 Humeraria quà cutem ſubit, cubitumq; adit.
8 Humerariæ ramus altiora cubiti articuli interdum petens.
9 Ramus ab humeraria ad communis uenæ conſtitutionem repens. Verùm modò conduxerit po-
tius minores latinos characteres aſſumere, ne quum arithmetici characteres geminandi eſſent,
plura ipſis obliterentur.
a,a Humerariæ ramus per radium cubitiq; exteriora ad ulnæ appendicem & brachiale properans,
a. axillariſq; ramo p notando, illic ubi π uiſitur, aucta, & paruum digitum, deinde & anula-
rem præcipuè accedens.

l,l Vaſorum ſeries ad lienem.
m,m,n Vaſa ab illis quæ lieni inſerun-
tur ſiniſtram uentriculi ſedem a-
deũtia. Verùm præcipua n in-
dicantur, quæ ſiniſtram ſedem
fundi uentriculi implicant.
o,o,o Series eſt uenarum & item arte-
riarum inteſtinis propriarum.
p,p Radix præcipuæ arteriæ inte-
ſtina petentis.
q,q Minor arteria inteſtinis propria.
r,r Glandulæ in meſenterio poſitæ, & nuper narratos uaſorum diductus corroborantes.
ſ Foramen ſepti tranſuerſi ſtomachum tranſmittens, atq; adeò ſinus iecoris ſtomacho cedens.
t Iecoris ligamentum, quo ſiniſtra ipſius pars ſepto nectitur.
u Magna arteria ſeptum permeans, atq; adeò ipſius ramus in dextrã ſepti partẽ excurrẽs.
x Cauæ uenæ caudex.
y Vena ſiniſtri renis pinguem accedens tunicam.
α Vena & arteria reni dextro oblatæ.
β Vena dextri renis pinguem tunicam intexens.
γ Siniſtrum renem accedens uena & arteria.
δ Siniſtra ſeminalis uena.
ε Dextra ſeminalis uena.
ζ Arteriarum ſeminalium ortus.
η,η Siniſtræ ſeminalis uenæ & arteriæ congreſſus.
Siniſtrum teſtem unà cum tunica adhuc ipſi propria, atque à peritonæo pronata, & ι, ι
ι,ι. notata delineauimus: ea tamen hic eſt diſſecta apertaq;, ut nihil quo minus aptè cernatur im-
κ. pediat. imò etiam muſculum illi innatum commonſtrat, κ indicatum.
λ Hàc uena & arteria peritonæi amplitudinem egrediuntur.
μ Varicoſum corpus. ipſaq; adeò uenæ arteriæ uaria & admirabilis implicatio.
ν Siniſter teſtis tunica ipſi proxima obtectus.
ξ,ξ Vaſis ſemen deferentis ad teſtem reuolutio.
ο,ο Vaſis ſemen deferentis aſcenſus ad pubis os.
π Siniſtri uaſis ſemen deferentis ad pubis oßis poſteriora inflexus.
ρ Dextri uaſis ſemen deferentis reflexus.
σ Dextri ſiniſtriq; uaſorum ſemen deferentium coitus.
φ Vaſorum ſemen deferentium inſertio.
χ,χ Glanduloſum corpus uaſorum ſemen deferentium inſertionem excipiens.
ψ,ψ Meatus urinæ ſeminiq; communis.
ω,ω Muſculus orbiculatim dicto iam meatui obductus.
æ,æ Penis, atque adeò ipſius corpora.
a,a Venæ & arteriæ lumborum uertebris, ipſiſq; adnatis muſculis, & abdominis lateribus ex-
porrectæ.
b Venæ cauæ & arteriæ ſuper os ſacrum partitio.
c,c Arteriolæ ſunt ſacri oßis foramina petentes.
d Siniſtri partitionis dictæ trunci diuiſio.
e Interioris rami dictæ diuiſionis propago, nates & coxendicis oßi adnexa petens.
f Dicti rami propago tandem ueſicæ & utero digeſta.
g Pars eſt arteriæ fœtui peculiaris, quam antea ad ueſicæ latera u, uti & hic quoque in ma-